ferme tota. ⁊ aquaꝝ indigua. Cuiꝰ meridiē hister fluuiꝰ ex⸗
cipit septentrionem Roxani occupāt. Quos nr̄a etas Ru
thenos appellat. ⁊ versus fluuiū thirā nomades Scytaꝝ
genꝰ. quos tartaros hodie vocitamꝰ. hanc terrā incolue⸗
re quondaȝ gethe. Qui et dariū histaspis filiū turpi fuga
repulerūt. ⁊ lysimachū regem viuum in potestatē ꝑtraxe⸗
rūt. Et thratiam pluribꝰ cladibus affecerūt. Prostremo ro
manis armis subacti ac deleti sunt. Et coloīa romanoꝝ q̄
dncos coherceret eo deducta. Duce quodaȝ flacco: a quo
flaccia nūcupata. Exin lōgo tp̄is tractu corrupto vt fit vo
cabulo Walachia dicta. Et proflaccis valachi appellati.
Sermo adhuc genti Romanꝰ est q̄uis magna ex ꝑte mu⸗
tatꝰ. ⁊ hoi Italico vix intelligibilis. Inter Ualachos tem
pestate nr̄a due factōes fuere. Altera danoꝝ. altera dragu
larū Sȝ hy cū danis impares eēnt. atq̧ ab illis multifariā
opprimerent. Turchos in auxiliū vocauere. Quoꝝ armis
adiuti danos pene ad internitōeȝ deleuerūt. Danis vero
Johānes huniades hungaroꝝ Impio fretꝰ opem ferens
nō taȝ illos restituit quā sibi ipi claritatem ⁊ opes acq̄siuit.
Quippe q̄ danoꝝ agros ex potestate Turchorū ereptos
et sibi ⁊ posteris ꝑpetua possessione retinendos occupauit
Ualachi ⁊ insulas histri accolūt. inter quas peucen apud
veteres fama notam. ⁊ in thratia quoq̧ sedes hn̄t Uala⸗
choꝝ pars Turchorū Imperio: pars hungaris paret. Nō
me latet difficillimam esse ꝓuintiarum descriptionem quā⸗
do ⁊ autores ipi quos imitari oportet. non solū varij. Ue
rum ⁊ inter se ꝯtrarij. ac magnopē dissentientes inueniun
tur. ⁊ ip̄arū ꝓuintiarū limites prodominantiū autoritate
ac potentia sepe numero cōmutati. Nā que ꝓuintia latissi
ma quondaȝ fuit etate nr̄a. aut extincta est. aut ꝑ modica
extitit. Nūc latissimam
contra vero que nulla vel minima extitit. Nūc latissimam
florentissimamq̧ videmus: longobardiam ac romandio⸗
lam non cognouere maiores. nostra tempora. Insubriam

b z

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-ii-307/0015
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG